

2627.

1327 d. 28 Aug.

Munsö.

Biskop ISRAEL i Westerås upplåter till ärkebiskopsbordet i Upsala 4 örtugland i Husaby och 20 penningland i Ekeby på ön Wingru i Färentuna socken.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Nouerint vniuersi tam posteri quam presentes. quod nos Frater JSRAEL diuina miseracione Episcopus arosiensis. in remissionem nostrorum peccaminum. ad laudem gloriose virginis. et beatorum Laurencij et Erii martyrum. ad mensam domini archiepiscopi vpsalensis conferimus Quatuor solidos terre in husæby. et viginti denarios terre in Ekiby in insula wingru. parochia færingætunum perpetuo possidendos. et appropriamus predictam terram. cum omnibus appendicijs et dependicijs mense supradicte. et eam exnunc ponimus in corporalem possessionem. volentes quod de cetero nulli alii, nisi sibi pareant, qui terram accolunt memoratam. In cuius rei testimonium. Sigillum nostrum presentibus est appensum Datum munzø. Anno domini .M°.CCC°. vicesimo septimo. Die beati Augustini.

Sigillet bortfallet från den ur brevet klippta remsan.

2628.

1327 d. 5 Sept.

Linköping.

Kanikerne i Linköping HERMAN ULF och ERLAND, Minoriterbrödernas i Linköping Gardian JOHAN och Lektor PETRUS vidimera Carl Magnussons den 13 Dec. 1326 utgifna bref, om försäljningen af en gård i Wigby, nära Söderköping, m. m. till Biskop Carl i Linköping.

Registr. Eccl. Lincop. perg. fol. 46, v.

Omnibus presens scriptum cernentibus. HERMANNUS WLFF et ERLENDUS caonici lincopenses JOHANNES gardianus et PETRUS lector de ordine fratrum minorum ibidem salutem in domino sempiternam Nouerint vniuersi nos litteras infrascriptas non rasas non abollitas nec in aliqua sui parte viciatas vel suspectas sub veris et saluis sigillis vidisse et diligenter inspexisse tenorem qui sequitur continentes. Omnibus presens scriptum cernentibus. KAROLUS MAGNUSSON &c. *Se föreg. N:o 2593, not.* In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa Datum lincopie Anno domini M CCC XX septimo sabbato proximo post diem beati egidij abbatis.

Allmän öfverskrift: De bonis episcopi.

2629.